

PP. subscrip-
tione.

Dat. die 28.
Octobris an-
no Domini
1102. Pontif.
Paschalis an-
no IV.

dicem præmia eterne pacis ac mercedis inveniant. Amen. Bene valeas.

EGO PASCHALIS sanctæ Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Datum Capuæ per manum Johannis S. R. E. Diaconi Cardinalis, VI. Kal. Novemb. Indict. II. Incarn. Domin. anno MCII. Pontificatus autem Domni Paschalis Secundi Papæ, IV.

ctetur, & usque ad satisfactionem congruam excommunicationi subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

EGO PASCHALIS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Datum Laterani per manum Johannis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, XV. Kal. Decembris, Indictione Decima. Anno Dominicæ Incarnationis MCII. (2).

Paschalis PP. subscrip-
tione.

Dat. die 17.
Novembris
anno Domini
1102. Pontif.
anno IV.

XV.

Ecclesia S. Nicolai in Beneventana Urbe cum pertinentiis omnibus, & Ecclesiis ei subiectis, Casinensibus donatur.

Ex Originali
indubio. edi-
dit Garinza.
Hist. Cassin.
fac. vii. pag.
411.

Paschalis Episcopus Servus Servorum Dei, venerabili Fratri Oderisio Cassinensi Abbati, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali, salutem.

Exordium.

CUM pro beati Patris nostri Benedicti reverentia, tum pro multis tam vestris, quam prædecessorum vestrorum meritis, vestro nos loco plurimum debere cognoscimus; idcirco iustum ducimus, ut ad vestri Monasterii augmentum caritate sollicita intendamus. In Urbe igitur Beneventana, quam nostri Romani juris esse perspicuum est, Monasterio vestro in perpetuum possidendam Ecclesiam S. Nicolai concedimus, quæ sita est in Urbis angulo juxta turrem Paganam, & concessio- nem ipsam præsentis decreti pagina confirmamus. Quam nimirum Ecclesiam, & illibatam & integram vobis vestrisque successoribus perpetuo permanere sancimus, unâ cum omnibus, quæ in præsentiarum ad ipsam pertinent. Quæ videlicet ex majori parte rerum, ad nostram Curiam pertinentium, adquisita seu comparata creduntur, idest molendina duo sub uno tegmine: aliud, quod centimolum nuncupatur: hortos cum diversis arboribus, curtem in Roseto cum una petia de terra, curtem in rivo Tasi, curtem de Homodei; curtem Martini Alberici cum Silvola; curtes Rocconis duas; curtem Diaconi Musi; curtem in Monte Rotari; curtem in Sajano; curtem Valentini; Terras in loco, qui dicitur Mediana per fines, & terminos suos; Ecclesiam S. Nicolai in Urbiliano prope Petram-pellicinam cum pertinentiis suis; casam, quæ est ante portam Ecclesiæ, per terminos suos ad levam Ecclesiæ per terminos suos juxta murum civitatis Super quæ etiam nos eidem Ecclesiæ possessionibus adjicimus Ecclesiam S. Nicolai, quæ vocatur de Rodenandi cum pertinentiis suis; Ecclesiam S. Mariæ, quæ vocatur Rotunda, cum pertinentiis suis; balneum novum juxta Ecclesiam S. Potiti: Quicquid præterea Cella ipsa Beati Nicolai, pontificum concessione, principum liberalitate, vel quorumcumque fidelium oblatione in futurum poruerit adipisci, sub vestra vestrorumque successorum dispositione ac potestate in perpetuum conservetur. Nulli autem personæ unquam liceat suprafatam cellam ex vestri Monasterii unitate dividere, & in aliam, quam a nobis statutum est, possessionem occasione qualibet transmutare. Si quis vero aliter præsumpserit, Apostolicæ Sedis animadversione mul-

Ecclesia S. Nicolai de iure
Cassin. Mo-
nasterii;

Pertinentiæ
Ecclesiæ hu-
jus;

Solite clausu-
re.

XVI.

Confirmatio bonorum omnium, ad sanctam Fesulanam Ecclesiam spectantium.

Paschalis Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto Fratri Joanni Fesulano Episcopo, ejusque successoribus canonice promovendis, in perpetuum.

Edidit Ughelli
Ital. Sac. Tom.
iii.

Exordium.

IUSTIS votis assensum præbere, justisque petitionibus aures accommodare nos convenit, qui, licet indigni, justitiæ custodes atque præcones in Ecclesia Apostolorum Principum Petri & Pauli specula positi, Domino disponente, conspicimus. Tuis igitur, Frater in Christo charissime Joannes, justis petitionibus annuentes, Sanctam Fesulanam Ecclesiam, cui auctore Deo præsidet, Apostolicæ Sedis auctoritate munimus; tibi enim tuisque legitimis successoribus confirmamus, episcopali & dominicali jure possidendam arcem & civitatem Fesulanam cum Ecclesiis, & curtiis, & terris adjacentibus: Similiter Castrum Montis Lauri, & montis Regis, Bojanam, & curtem Sala, & Festulanum, & Pratum Regis, Ecclesiam S. Mariæ in Urbana cum curte & Libiano & Bivilliano, & castrum quod edificatum est in supradicto Episcopo juxta fluvium Faltonæ cum curte Rive-ferioli, & Pulcanti, castrum Cifilo, & curtem in Monte Acuto, & in Ampiniana Montana Sancti Gaudentii cum Alpibus & pertinentiis eorum, sicut ex Regis concessione Ecclesiæ tuæ collata sunt: castrum Agne, curtem Turrichæ, & Castillione, & partem Montis Bontilli, & partem castri Rufiani, Monasterium S. Salvatoris situm in Episcopatu Pistoriensi cum Ecclesiis & curtiis sibi pertinentibus, Monasterium Sancti Bartholomæi, Monasterium Sancti Martini, Monasterium Sancti Gaudentii cum pertinentiis eorum, & patrimonium filiorum Bennonis, & castrum, quod vocatur Flumen, & quod jure supradictæ Ecclesiæ in Territorio Mucelli detinent filii Ugonis, filii Rumberti, & Azzo filius Albizi, & filius Azoni de Castanicula, & Longobardi de Molezzano, & filii Ugonis de Casola, & Longobardi de Fer-

Bona ad Fesulanam Ecclesiam spectantia confirmamus.

(a) Adijcit Gattula adesse Sigillum plumbeum ex cordula pendens, quod nos ejus ducti exemplo omittimus, exemplar datur infra diversorum sigillorum, quibus usus est Paschalis Papa.

AN. CH. 1103.

Paschalis PP. subscrip-
tione.

Dat. die 17.
Novembris
anno Domini
1102. Pontif.
anno IV.

Cum decreto
perpetue in-
munitatis.

Solite clausu-
re.

Paschalis PP.
Et quatuor
Cardinalium
S. R. E. sub-
scriptions.

liano, & Longobardi de Sancto Joanne majori, vel quicquid in prædicto Territorio juris vestra Ecclesiæ aliquis hominum detinere videtur, & quicquid Ugo filius Raynerii dedit præfatæ Ecclesiæ in Ampiniana, & in Monte Acuto, & in Reu Mangana, Politiano, & medietatem Ecclesiæ & curtiis in loco Quaracæ, & curtem Marinæ. Præterea plebem S. Joannis sitam in Monte Lauro, plebem S. Babilli, & S. Ditali, plebem S. Leonini, plebem S. Mariæ, plebem S. Stephani, plebem S. Jerusalem sitam in Pomino, plebem S. Jerusalem sitam in Glaceto, plebem S. Gervasii sitam in Soriano cum curte, plebem S. Petri sitam Castia cum curte & parte Castelli, quod vocatur Novum, plebem S. Mariæ sitam in Sco cum curte, plebem S. Joannis sitam in Capella, plebem S. Pancratii, plebem S. Romuli cum curte, Ecclesiam S. Miniatis cum pertinentiis suis, Ecclesiam S. Mariæ sitam in Carpinione cum curtiella, plebem S. Viti, plebem Leonini sitam in Retiano, plebem S. Laurentii cum castello & curte, plebem S. Miniatis sitam in Rubiano, plebem Petri cum curte sitam in Cintoria, Ecclesiam S. Justii sitam in Monte Dantuli, plebem S. Petri sitam in Sillano, plebem S. Crescentii sitam in Novole, plebem S. Leonini sitam in Penzano cum curte, Ecclesiam S. Euphrosini cum curte, Ecclesiam S. Pauli cum curte, quæ est posita juxta castrum Corbuli, plebem S. Mariæ & S. Petri sitam in Avano, plebem S. Justii cum curte, plebem S. Pauli cum curte, plebem S. Leonini in Collina, plebem S. Mariæ in Monte Milliaro, plebem S. Martini in Tertino cum curte, Ecclesiam S. Mammilliani cum curte, plebem S. Petri Ormenæ cum curte, plebem S. Marci in Stiliania. Quicquid præterea vel in Fesulanæ Ecclesiæ parochia, vel in aliarum Ecclesiarum parochiis prædicti antecessores tui hæstenu possedisse videntur, tibi tuisque legitimis successoribus illibata manere sancimus. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat, eandem Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas tenere, minuire, vel temerariis vexationibus fatigare: sed omnino integra conservare tam vestris, quam clericorum usus profutura. Si qua sane Ecclesiastica secularisque persona, hæc nostre constitutionis paginam sciens, temere contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat. Cunctis autem eidem loco iura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

Scriptum per manum Petri Notarii Regionarii, & Scribarii Sacri Palatii.
EGO PASCHALIS Catholicæ Ecclesiæ PP. subscripsi.

Ego Præsentinus Episc. fs.
Ego Crescentinus Salunensis Episc. fs.
Ego Richardus Albanensis Episc. fs.
Bull. Rom. Tom. II.

Ego Anastasius Card. S. Clementis subscripsi.
Data Laterani per manum Johannis S. Romanæ Ecclesiæ Diaconi, V. Idus Martii, Indict. XI. Incarn. Dominicæ Anno MCIII. Pontificatus autem D. Paschalis II. Papæ IV.

Dat. die 11.
Martii anno
Domini 1103.
Pontif. anno
IV.

XVII.

Monasterium Bantium in Apulia Acheruntin. Diocesis sub protectione Sedis Apostolicæ recipitur, eique bona omnia confirmantur.

Paschalis Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto in Christo filio Abbati cenobii S. Mariæ, quod apud Bantium situm est, ejusque successoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Ab exemplari
transcriptum
editit Ughelli.
Ital. Sac. Tom.
vii.

Exordium.

CUM universis sanctæ Ecclesiæ filiis & Apostolicæ Sedis auctoritate & benevolentia debitores existamus; illis tamen locis atque personis, quæ specialius ac familiarius Romanæ sunt Ecclesiæ addictæ, quæque ampliori Religionis gratia eminent, propensiores nos convenit eorum tanto studio imminere. Quia igitur beata Mariæ cenobium, cui Domini auctoritate ejusque filii legitime præsidet, Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ hæstenu jure proprio ad hæstenu cognoscuntur; nos pro devotione ac reverentia ejusdem Dei, Genitricisque semper Virginis Mariæ, ipsum sub nostra manus protectione specialiter confovemus atque dirigimus. Unde tibi tuisque successoribus ad prædictæ Domus regimen auctoritatem concedimus: confirmamus siquidem vobis Cenobium ipsum & omnia, quæ ad illud pertinent, monasteria sive cellas cum suis pertinentiis: videlicet Ecclesiam S. Salvatoris cum aliis Ecclesiis de Castello Bandusii: item Ecclesiam S. Nicolai cum Casali suo: Ecclesiam S. Mariæ de Cacunigio, S. Mariæ de Sala, S. Mariæ de Servaritia cum Casali suo, Sancti Petri de Monachis, S. Michaelis de monte Salvolo cum Ecclesiis & pertinentiis suis, Ecclesiam S. Mariæ de Calapano, S. Petri in Gennano cum Casali suo, Ecclesiam S. Vitalis in oppido Gentiani, S. Michaelis in loco Firminiano cum villanis suis, Ecclesiam sanctæ Anastasiæ apud Acheruntam cum Ecclesiis ad eam pertinentibus, Ecclesiam sanctorum Martyrum Gervasii & Protasii in Bandusino fonte apud Venusiam, Ecclesiam sanctæ Lucie cum suis pertinentiis apud Melphiam, Ecclesiam S. Christophori cum hereditatibus & villanis a Duce Ruggerio vobis datis, in territorio Montellarum Ecclesiam S. Laurentii cum Casali suo, in territorio montis Milonis Ecclesiam S. ... quæ dicitur de Veruso cum Casali suo, & Ecclesiam SS. Quadraginta cum pertinentiis suis, in territorio Castellinove in Galliaro Ecclesiam S. Nicolai cum casali & suis pertinentiis, in territorio Julbæ Ecclesiam S. Theodori cum suis pertinentiis, & in eodem castello Ecclesiam S. Angeli, & villanos, quos Rivardus filius Castaini Motulensis Ecclesiæ videlicet obtulit; in oppido Gravino Ecclesiam S. Archangeli, & in ejus territorio Cellaurio S. Felicis cum casali suo,

Monast. sub
Sedis Apost.
protectione
recipitur.

Eique confir-
mantur bona
omnia, prout
hic describun-
tur.

fuo, suisque pertinentiis; Item & S. Stephani cum casali & suis pertinentiis; apud Cannas S. Jacobi. S. Nicolai super Portu cum suis pertinentiis, S. Martini apud Ranum cum suis Ecclesiis & pertinentiis, S. Trinitatis super Portu ejusdem cum suis pertinentiis: S. Joannis, S. Nicolai, & S. Simeonis apud Melfutam cum suis pertinentiis, Ecclesiam S. Mariæ apud Juventiam; Item S. Silvestri, & S. Leonis, & S. Eugenii cum suis pertinentiis; apud Barum Ecclesiam S. Jacobi & S. Nicolai cum suis pertinentiis; in Lippia S. Andree cum suis pertinentiis, in Territorio Tarenti Ecclesiam S. Mariæ, & S. Joannis: in territorio tum* Gentiani cum suis pertinentiis, S. Petri & S. Matthæi in Territorio Castellani cum villanis & suis pertinentiis; in Territorio Genesii super flumen Blandani Ecclesiam S. Mariæ cum suis pertinentiis, in oppido Saraceno S. Mariæ, quæ dicitur de carratello cum aliis Ecclesiis & pertinentiis & villanis suis. Propterea constituimus, ut quæcumque hodie præfatum cœnobium juste possidet, quæque in futurum Pontificum concessione, Principum liberalitate, & oblatione fidelium iuste atque canonicè poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant, eorum quidem, pro quorum substantione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvo tamen canonico Episcoporum jure, quod in eis habuisse noscuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem cœnobium temere perturbare, aut possessiones ad illud pertinentes invadere, vel invasas retinere, minuere, auferre, vel suis usibus applicare, vel temerariis vexationibus fatigare. Obeunte te ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi quæcumque subreptionis astutia præponatur, nisi quem fratres ejusdem cœnobii communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, regulariter cum Dei timore elegerint. Electus autem ad Romanum Pontificem consecrandus accedat. Chrismâ, oleum sanctum, consecrationes Altarium, sive Basilicarum, ordinationes Clericorum, cellarum vestrarum, fratres a diœcesanis Episcopis accipiant, si quidem Catholici fuerint, & gratiam atque communionem Apostolicæ Sedi habuerint, & si ea impendere gratis & sine pravitate voluerint: alius, liceat fratribus a quocumque voluerint catholico Episcopo eandem consecrationem; & Sacramenta percipere. Ad ordinandos vero claustrarii vestri Monachos tibi tuisque successoribus infra monasterium ipsum advocare concedimus; qui, sic nostra fultus autoritate, consentiat, ne vegandi foras Monachis occasio permittatur. Super hæc etiam si infestatione aliqua prægravatus, Romanam Sedem appellaveris, non liceat alicui Episcoporum, nisi auctoritate Romanæ Pontificem, vel ejus Legatum, aliquam sub occasione judicii violentiam tibi aut successoribus tuis inferre. Vos ergo filii dilectissimi oportet regularis disciplinæ studiis sollicitudinis ac devotionis insudare, ut quanto a seculari tumultu liberiores eritis, tanto amplius placere Deo totius mentis & animi viribus anhelatis. Ad indicium autem perceptæ hujus a Romana Ecclesia libertatis annis singulis auri unciam, Lateranensi Palatio persolvatis. Si qua igitur in crastinum Ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove communitatis a quacumque molestia;

* Ita jacet.

Decretum immunitatis a quacumque molestia;

Abbas electus penes Monachos;

Cuius confirmatio, & consecratio Rom. Pontificis peti debeat;

Sacramenta vero ab Ordinario loci;

Ordinationes autem in ipso Monasterio peragenda;

Ius appellandi ad S. A.

Census annuus eidem persolvendus. Solita clausula penales.

potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque divino Judicio se existere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiffimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructus bonæ actionis percipiant, & apud diſtricturnm Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Scriptum per manus Raynerii Scribæ Regionarii & Notarii Sacri Palatii.

EGO PASCHALIS Catholice Ecclesiæ Episcopus subscripsi (a).

Datum Laterani per manum Johannis S.R.E. Cardinalis Diaconi, undecimo Kal. Junii Indiſt. XI. Incarnationis Dominicæ MCIII. Pontificatus quoque Paſchalis Papæ anno IV.

Paſchalis PP. ſubſcriptio.

Dat. die 22. Maii anno Domini 1103. Pontif. anno IV.

XVIII.

Privilegium Vizeliacenſi Monasterio conceſſum.

Paſchalis Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto fratri Altrado Abbati Vizeliacenſis Cœnobii, ejuſque legitimis ſucceſſoribus, in perpetuum.

In notis Andree Duſebonii ad Bibliothecam Clavianenſem pag. 133.

Exordium.

Quia documentis apoſtolicis regendus eſt Ordo eccleſiaſticus, oportet, ut grex dominicus impigro animo aſſidua vigilantia cuſtodiat, & gubernetur. Ut autem Prælatorum vigilantiam nulla nox, nulla tenebrarum hora opprimat vel confundat, Caritas, quæ Deus eſt, quæ præter unum, alterum noſcit, omnibus viribus, tota mente diligenda eſt & tenenda. Quoniam vero nullis præcedentibus meritis; ſed ſola Omnipotentis Dei gratia, in Eccleſia locum Petri obtinemus, necesse eſt, ut omnibus ſuperimpendatur Eccleſiis, maxime his, quæ juris beati Petri eſſe noſcuntur, & quæ affectu filiali invocant conſilium & auxilium matris ſuæ. Quia igitur dilectio fraternitatis vestræ poſtulavit privilegium Monasterio Vizeliaco fieri, cujus regimen auctore Deo vobis commiſſum eſt, quod fundatores ipſus Gerardus Comes vir nobiliſſimus, & uxor ejus Berta pia devotione, & teſtamenti confirmatione beato Petro Apoſtolorum Principi obtulerunt: nos, precibus vestrâ aſſenſum præbentes, auctoritate apoſtolica per præſens privilegium confirmamus atque ſtatuiſſimus, ut nulli Imperatorum, nulli unquam Regum, nulli Comitum, nulli Antiftitum, nulli cuiquam alii de rebus, quæ jam dicto Monasterio a prædictis fundatoribus vel aliis Deum timentibus oblate vel conceſſæ ſunt, vel deinceps conferendæ, ſub quolibet occaſionis ſpecie liceat minuere, vel auferre, vel ablatas retinere. Inter quæ nominatim eidem Monasterio confirmamus in Episcopatu Eduenſi Eccleſiam ſancti Petri &c.

Præterea ſtatuiſſimus, ut conſecratio Monasterii ipſius & Eccleſiarum, quæ ſunt in circumadjacenti villa, ordinationes quoque Monachorum, & Clericorum, conſilio Abbatum Cluniacenſium, quibus prædeceſſores noſtri, & nos perpetually concedimus vices noſtras in jam dicto Monasterio, ibidem ſiant, aut ubi ipſi Ab-

Bona Monasterii hujus a cujus cuſque perſonæ juſtificatione, a qua etiam molestia, libera declaratur;

(a) Baronius in annalibus in fine Privilegii hujus datæ aſſerit ſigillum ſub plumbo pendenti &c.

Datum Beneventi per manus Gualterii Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, anno Dominicæ Incarnationis MCIII. Menſe Novembri. Indiſt. XI. Pontificatus ejuſdem Secundi Paſchalis Papæ anno V.

Dat. menſe Novembri anno Domini 1103. Pontif. Paſchalis anno V.

XIX.

Beneventis Cœnobii poſſeſſiones & jura confirmantur.

Paſchalis Episcopus Servus Servorum Dei, dilecto filio Stephano Beneventi Abbati, ejuſque ſucceſſoribus regulariter promovendis, in perpetuum.

Ex Tom. 1. Spicilegi Dabneriani.

Exordium.

Religionis deſideriis dignum eſt facilem præbere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatuſ effectum. Proinde nos, religionis vestræ deſideria conſoventes, vestro Beneventi Monasterio, in honore beatorum Apoſtolorum, Petri & Pauli ædificato, eorumdem Apoſtolorum ex Apoſtolicæ Sedi benignitate munimen impendimus. Conſtituentes, & præſentis decreti pagina ſaucentes, ut Eccleſia de Albiniaco, & Eccleſia ſancti Benigni, & capelle ſanctæ Mariæ, quæ in caſtello Montis Salvionis ſita eſt, ad ſupradictam Albiniaci Eccleſiam pertinens, Eccleſia etiam Camlintenſis, & Eccleſia de Majas cum appenditiis ſuis, Capella de Fovenz vestro ſemper Cœnobio ita firme ita libere quieteque permanent, ſicut a fratre noſtro Roberto Lingonenſi Episcopo, cum totius Lingonenſis Cleri conventientia, tradita ſunt.

Eccleſiæ nonnullæ ei ſubjiciuntur.

Confirmantur donationes nonnullæ ab Episcopis Lingonenſibus eidem factæ.

Item & alie oblationes.

Idiſſum etiam de duabus præbendis ſtatuiſſimus, quas bonæ memoriæ Harduinus, & Hugo, Lingonenſis Episcopi, fratribus, in Eccleſia ſancti Gengulfi apud Lingonas Domino ſervientibus, tradiderunt. Idiſſum etiam ſtatuiſſimus ſuper Eccleſia de Sivojo cum pertinentiis ſuis, ſuper Capella ſancti Mauriti, ſeu ſancti Dionyſii, Capella ſancti Valeriani, & Eccleſia de Rajol, parte quarta, Eccleſiæ ſancti Martini de Monasterio, ſeu cæteris rebus, quas bonæ memoriæ Hugo Biſontinus Episcopus, vestro monasterio contradidit. Porro Eccleſia ſancti Remgii, quæ eſt in Burgo Beneventi, & Eccleſia de Belenavo cum appenditiis ſuis ita in poſſeſſione vestrâ liberæ, ita ab omnibus conſuetudinibus immunes ſemper manere cenſemus, ſicut a bonæ memoriæ Alberico, quondam Lingonenſi Episcopo, ſeu ſucceſſore ejus Ramardo ejuſdem Eccleſiæ venerabili Episcopo, libertate ac immunitate donatæ ſunt.

Præterea confirmamus vobis Eccleſiam Salvatoris de veteribus vineis, Eccleſiam ſancti Martini de Luco, Eccleſiam ſancti Laurentii de Berria, Eccleſiam ſancti Benigni de Beenſis-villa, Eccleſiam ſancti Sequani, quæ eſt Parochialis, Eccleſiam ſancti Valerii de Talemaro, Eccleſiam ſancti Leodegarii de Geneniaco, Eccleſiam ſancti Martini Belmontis, Capellam quoque ſancti Marcellini, quam bonæ memoriæ Geilo Lingonenſis Episcopus ad luminaria altaris Eccleſiæ vestræ contuliſſe dignoſcitur, cum beati Prudentii Martyris ſub eodem altari reliquias collocaſſet, cum appenditiis & mancipiis utriuſque ſexus, ſicut.

Abbas electus penes Monachos.

Episcopi vero loci nullam aliam in Monasterio habeat potestatem nisi in prædictis.

Annus census Apostolicæ Sedi persolvendus.

Anathema contra inobedientes.

PP. subscriptio.

Et sigillum.

